

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo x  
cum fonte primo

Si quis omnia alia habeat, ualitudinem, diuicias, ymagines multas,  
frequens atrium, sed malus ex confesso sit, inprobabis illum.  
Item si quis nichil quidem illorum habeat que retuli,  
careat pecunia, clientum turba,  
nobilitate auorum et proauorum serie,  
sed ex confesso bonus sit probabis illum.  
Ergo hoc unum bonum hominis quod qui habet,  
eciam si aliis destituitur, laudandus est,  
quod qui non habet in omnium aliorum copia dampnatur ac reicitur.

Ibidem (Seneca LXXVII. epistola ad Lucilium).

Si quis omnia alia habeat, valetudinem, divitias, imagines multas,  
frequens atrium, sed malus ex confesso sit, inprobabis illum;  
item si quis nihil quidem eorum quae rettuli habeat,  
deficiatur pecunia, clientum turba,  
nobilitate et avorum proavorumque serie,  
sed ex confesso bonus sit, probabis illum.  
Ergo hoc unum est bonum hominis, quod qui habet,  
etiam si aliis destituitur, laudandus est,  
quod qui non habet in omnium aliorum copia damnatur ac reicitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 76.12  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.239, ll.11-18).